



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Pactum sit non soluta pensione res cadat in commissum. parag. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

addi ad securitatem Emporis, puto, rationabiliter latam esse à Domino Rege Nostro Pragmaticam, id est legem infra aponendam, quæ, ut compensatio fieret ad æqualitatem tot pactorum, quæ contra Venditorem apponi solent, sancivit, ne census emerentur in posterum amplius ad rationem decem pro centum, sed, ad summum, ad rationem quinque pro centum; nam sic compensat Empor illa onera, quæ imponit Venditori census. Non est igitur acquiescendum aliquibus, qui ajunt, in justam fuisse hanc Pragmaticam, seu hanc legem ex eo, quia putavit Regem habuisse respectum ad proprium interesse, quo multis Censuum pensiones solvbat Regnolis ad rationem decem pro centum: Non est, inquam, acquiescendum, quia, quicquid sit de intentione interna Regis (quæ tamen bona in dubio semper est præsumenda) cum lex sit justa ex objecto, ut vidimus, non potest reprobari, ut injusta ex quoconque affectu Regis interno, ut, si Rex ferat legem, qua damnandi sint fures ad Trierimes, non propterea ea lex est injusta, & repellenda, quia ipse ex odio peccaminoso velit, suorum bonorum subreptores cruciare. Sed de Justitia hujus Pragmaticæ iterum dicetur in-

tur pretium, vel diminuatur pensio modo jam dicto §. 3.
3. His conditionibus positis, non possunt esse nobis contrarii multi, qui cum Bonac. d. Bonac. idèo id esse licitum, negant, quia pena debet de contrac. esse moderata, & culpæ proportionata; cum d. 3. qu. 4. enim nos proportionem dictam requiramus, p. un. n. 39 hi Doctores contra nos nequaquam sunt. Vide, quæ dicam c. 5. à n. 14.

§. V.

Pactum de rescindendo contractu.

1. Dico, in contractu censuali licet e pos- e Mol. d. le, abstrahendo à contraria lege, appo- 391. fine. ni pactum, ut si per duos, vel tres annos cen- suarius pensionem non solverit, cogatur, seu teneatur restituere Empori premium totum, & rescindere contractum. Probatur facile ex dictis. In hoc autem pacto recte notat Medina, f. non oportere, augeri premium ab Emp. f Med. qu. tore, qui hoc pactum requirit. Ratio, puto 15. de Vf. est, quia de jure naturæ fit, ut des mihi meum apud Cœ- premium, si servare non vis obligationem sol- left. Tr. 12. vendi id, quod ego, per illud premium, emo. de Cens. c. Quædam circa hoc peculiaria pro nostro 2. Versus Siciliæ Regno dicentur paulo inferius finem. cap. 6.

§. VI.

Pactum redimendi Censem totum simul.

1. IN Censu redimibili soleret adjici pactum, si is redimi à Censiario nequeat per partes, sed in totum. Emistiv. g. à me, pre- tio centum aureorum, Censem annum re- dimibilem quinque aureorum, cum pacto, ut non possim ita redimere, ut dando tibi quinquaginta, diminuam Censem, sed, si ve- lim redimere, debeam reddere centum; qua integra solutione facta, integer Census; & totus extinguitur.

2. Dico Primo, ex natura rei ejusmodi pactum esse licitum. Ratio est, quia, sicuti g Tol. l. 5. alias res emptas cum pacto retrovenditio- c. 45. Mol. nis, non potest Venditor eas redimere per d. 393. n. partes; id enim esset in damnum Emporis 7. Arag. quia Empor partiali illa pecunia non po- 22. q. 74. terit uti ad emendas res majoris valoris, ar. 4. fine. quas forte vellet emere. & quia per partes

Xxx redditæ

Pactum, ut, non soluta pensione, res cadat in commissum.

1. Sulet aliquando addi pactum, ut, si Censiarius pensionem non solvat intra duos, vel tres annos, res Censi subiecta cadat in commissum, id est, incurrit pena, ut dicta res fiat Emporis Census. Id nè licitum est?

Dico positis tribus conditionibus esse licitum, e quia, iis positis, ex nulla parte appetitur in justitia, seclusa semper lege in contrarium.

3. Prima conditio est, ut culpa sua Venditor Censem pensionem non solverit, cum tamen potuerit. Secunda, ut pena proportionetur culpæ; Unde non potest pro exigua pensione non soluta cadere in commissum prædium multi valoris, sed, iudicio prudentis, æqualitas decernatur. Tertia, ut pro onere talis pacti, quod subit Venditor, augeat Tamburinus de Sacramentis.